



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1765**

**VD18 90118243**

§.18. Alia Palæologi Epistola.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](#)

res ad firmandum tibi solium accerset. Sæcul. XIII.  
 Sed quamdiu obedientiæ detrectatio te A.C. 1263.  
a sancta Sede disjunctum tenebit, sal-  
vo officio nequimus permittere, ut vel  
Genuenses, vel alii quicunque Latini au-  
xilium tibi ferant. Templorum direptio-  
næ, cæteraque hujusmodi facinora ne-  
mo prudens omnibus Latinis tribuit, sed  
adscribenda sunt prædonibus privatis, vel  
potius iis, qui per schisma suum hæc ma-  
la accivere. Quia vero pax non foret so-  
lida, nisi niteretur in fide, non debebas  
illam ante dogmata & ritus religionis po-  
scere. Omnis pax, & omnis concordia  
inter adjectiva sunt, quæ ab illo substan-  
tivo pendent. Sic ætas illa loquebatur  
gravissimis in negotiis. Sed, quod nota-  
tu dignius est, secundum hanc Papæ ra-  
tiationem Christiani cum gentibus  
diversæ religionis nunquam pacem fir-  
mam possent conficere: id quod prove-  
nit ex ambiguitate vocabuli *fides*, quod  
modo pro assensu veritatibus a Deo aper-  
tit debito, modo pro fidelitate in foede-  
ribus præstanta sumitur.

n. 35.

## §. XVIII.

*Alia Palæologi epistola.*

**A**ntequam Palæologus hoc responsum  
 acciperet, alias ad Papam Urbanum *Rayn.*  
 litteras scripsit hunc in modum. 1264. n. 58.  
 Vestri,  
 nostri-

Sæcul. XIII. nostrique antecessores sæpe Legatos sibi  
A.C. 1263. mutuo miserunt, ut Ecclesiæ reconcilia-  
rent: sed hi operam ludebant, quia pro-  
xime se invicem explicare non poterant,  
interpretes rudes adhibere coacti. An-  
no autem præterito, salutis 1262, regi-  
minis nostri quarto Nicolaus Episcopus  
Cortonensis nos adiit, ut eum rogavera-  
mus, perbene gnari, eum origine Græ-  
cum, & in Romana Ecclesia educatum  
utriusque Ecclesiæ doctrinam perfecte  
nosse. Igitur eam græce nobis exposuit,  
sicut eam tradidere Patres Latini, nempe  
summi Pontifices Silvester, Damasus, Cœ-  
lestinus, Agatho, Adrianus, Leo Magnus,  
& junior, Gregorius in Dialogis; Episco-  
pi Hilarius Pictaviensis, Ambrosius Me-  
diolanensis, Augustinus Hippomensis, Hie-  
ronymus, Fulgentius, cæterique. Et  
nos hanc doctrinam invenimus esse con-  
sentaneam doctrinæ nostrorum Patrum,  
Athanasii Alexandrini, Basilii Cæsareen-  
sis in Cappadocia, Gregorii Theologi, Gre-  
gorii Nysseni, Joannis Chrysostomi, duo  
rumque Cyrillorum. Quapropter recon-  
ciliationis revera cupidi hunc ad vos E-  
piscopum legamus, orantes, ut nobis eum  
celeriter remittatis non sine Legatis ve-  
stris, ut hoc grande opus consummetur.  
Videmus hic Patres tam Græcos quam  
Latinos a Græcis maximi æstimatos. Pa-  
pa demum anno sequente 22 Junii re-  
sponsum

n. 61.

sponsum dedit, in quo Imperatorem ad Sæcul XIII.  
concordiam tam probe affectum esse ma- A. C. 1263.  
gnopere gaudet, ac Episcopo Cortonensi,  
quem ad eum remisit, duos Fratres Mino-  
res, Gerardum Pratensem, atque Raine-  
rium Senensem tanquam suos Nuncios  
adjunxit.

Hujus negotii successum expectans  
Papa non omittebat de sumptibus belli  
ad reponendum in folio Balduinum ne-  
cessariis providere. Quocirca duos in  
Angliam Nuncios misit Leonardum Be-  
rardumque, qui post festum divinæ Tri-  
dis diem 27 Maji Westmonasterii ma- Matth.  
gnum Episcoporum Clerique conventum Westmon.  
habuere. Negabant omnino se velle p. 382.  
quidquam ad eam rem contribuere tum  
propter dissidium inter Regem ac Proce-  
res Angliæ, tum ob annonæ caritatem  
ex sterilitate agrorum ortam, debere se  
suo potius Regi, sibique ipsis, quam Prin-  
cipi extero consulere causati. Etiam Cle- Rayn.  
rus Franciæ pecuniarium ad recuperan- n. 19. 20. 21.  
dam Constantinopolim subsidium detre-  
ctavit: ut docent reprehensiones ideo  
provinciis Remensi, Senonensi, ac Bituri-  
ensi a Papa factæ. Abnuerunt illud  
pariter Castellæ ac Legionis Præsules.